

















1665

1. Bornius, Jacobus : Disputatio II ad universum jus  
juriscuriam commune et Saxonicum
2. Bornius, Jacobus : De gerada.
3. Eckelt, Amatus : De furto eorum rerum, quae  
maris levandae causa ejiciuntur.
4. Eckelt, Amatus : De injusvocatione seu  
civitate
5. Kuehlerius, Georgius Gustav : De lege regia.
6. Kuehlerius, Georgius Gustav : De delictis immo-  
minatis
7. Loescher, Caspar : De probatione rerum dubiarum  
per ignem facta.
8. Norius, Johann Inesius : De Senatusconsulto Macedo-  
niano.
9. Norius, Joh. Inesius : De pecunia fabrosimae colle-  
landa



1665

10. Noricus, Johann Smetus? Privilegium competitiva  
11. Noricus, Johannes Smetus: De reductione ad arti-  
cium boni viri  
12. Romanus, Franciscus: De praesertibus in specie  
13. Schwendendorfferus, Bartholomaeus Leonhardus: De condi-  
tionibus. 2 Exempl.  
15. Schwendendorfferus, Bartholomaeus Leonhardus: De  
emphyteusi  
16. Schwendendorfferus, Georgius Tobias: De cura  
17. Simon, Joh. Georg: De delictis immunis  
18. Thomarius, Jacobus: De patria potestate  
19. Thomarius, Jacobus: De stylis ethniconum circa jurant  
adverbia fugiendo



Handwritten notes in the left margin, including fragments like "tia", "ii", "n", and "ad".

UNIVERSUM JUS  
JUDICARII COMMUN  
ACT, PRO... CONTINENS

PERMISSE...  
D. JACOBO BORNIO,  
SOLENNITER DEFENDET





1665

- 16. *Thomae, Thoma: De privilegio competendi*
- 17. *Thomae, Thoma: De reductione ad art.*
- 18. *Thomae, Thoma: De praesentibus & operibus*
- 19. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 20. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 21. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 22. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 23. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 24. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 25. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 26. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 27. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 28. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 29. *Thomae, Thoma: De rebus*
- 30. *Thomae, Thoma: De rebus*





G. 14 num. 17 a

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA

1665, 13

De

# CONDITIONIBUS

*Quam*

Indultu Amplissimi Jcto-  
rum ordinis

P. 34

P R Æ S I D E

V I R O

*Nobilissimo, Consultissimo atq; Ex-  
cellentissimo,*

DNO. BARTHOLOMÆO LE-  
ONHARDO SCHWENDENDÖRFFERO,

J. U. D. & Inst. Prof. Publ. celeberrimo Patrono ac  
Præceptore suo inprimis Venerando.

*Publicæ censuræ exponit*

M. GOTTFREDUS GUILIELMUS LEIBNU-  
ZIUS, Lipsiensis,

AUTOR.

D. XIV. Julii Anno M. DC. LXV.



L I P S I Æ,

Typis JOHANNIS WITTIGAU.





VIRIS

*Magnifico, Nobilissimis, Consultissimis,  
Amplissimis, Excellentissimis,*

DN. GEORGIO TOBIÆ  
SCHWENDENDÖRFFERO.

Facultatis Juridicæ Lipsiensis Ordinario, Decretalium Pro-  
fessori Publico, Supremæ Curie Provincialis Electoralis ac Du-  
calis Directori Gravissimo, Canonico Martisburgensi maximo  
Reve endo, Collegii Majoris Principum Collegiato,  
Academïæ Decemviro, & Bavaricæ Nationis  
Seniori, Jcto incomparabili,

&

DN. JOHANNI FRITSCHIO

Hæreditario in NeuScherbitz/

J. U. D. famigeratissimo, ejusdem supremæ Curie Pro-  
vincialis Lipsiensis Advocato Ordinario Gravif-  
simo, Susceptori suo de se optimè merito,

*Patronis, Fautoribus ac Patronis suis maxi-  
mis, maximèq, colendis & diligendis.*

*Dat, Dicit, Addicit.*

A U T O R





## Prooemium.



Vam libenter à præfatione abstinere in reliquis breuitas mea fidè faciet, constantius quàm multa de suo afferentè decebat, servata. Nunc cogit me aliquid dicere metus iudiciorum, quæ vel ex affectu vel festinatione inspicientium mihi imminere, sentio. Alii enim verborum parsimoniam vicio vertent, alii allegationis, Dd. quibus vulgò paginæ turgēt; alii curiositatem, ut ipsi vocant, ut ego interpretor, variarum facti specierum copiam. & his quidem hoc ipso responsum esto, ac primi reprehensores illud sibi persuadeant, facilius fuisse, dilatatis verbis tractatum, quàm compressis disputationem dare. Sed ii, quibus principem sine satellitibus, id est rem sine autoritatibus intueri, fastidiosum est, cogitent, quàm frequens hoc argumentum sit, quàm nulli juris vel compendio Conditiones sileantur. Ita aut omnes citandi erunt, quod infinitum est; aut alii præ aliis, quod invidiosum, aut nullus, nisi cum aliquid, rarissima gloria, veteribus intactum habet, quod expeditum. Neque verò vereor confiteri, quàm vulgare argumentum elegerim, plerumque enim quod communissimum, idem utilissimum est, illorum verò gloriæ non invideo, quidum, nescio quas inauditas materias jactant, habent in solo titulo raritatem, cætera inania sunt aut pervulgata. Mihi verò potius ad commendandum laborem meum videtur facere, quod Cuius viri in eo argumento illustrando studium posuerunt. Extat, ut ab incomparabili viro, quem honoris causa nomino, Johanne Strauchio, didici, tractatus de Conditionibus Philiberti Brusselii Caroli V. & Philippi II. Hispaniarum Regis Consiliarii, editus Lovanii anno 1560. Prodiit Leander Galganettus de Cond. Demonstr. Modo, Causa & Pœna Venetiis fol. 1609. & quidam Paulus Duran de Conditionibus & Modis impossibilibus & prohibitis contractibus & Testamentis adscriptis, ed. Venet. fol. 1616. Jenæ

A

quo:



quoque de Conditionibus Dissertationem habuit Osvaldus Hil-  
liger. Versantur præterea in manibus tr. de Conditionibus Loch-  
manni, de Cond. Sponsalium Dn. Bechstad. & novissimè Clmo-  
rum Virorum, utriusque Lipsiensis Dni D. Ziegleri in Salana &  
Dni D. Mülleri in Varnensi Academia habitæ dissertationes. Ta-  
les antecessores superare velle insanum esset, stultum vel æmula-  
rī. Licebit tamen opinor diversam viam ineunti, alia parte  
quoque aditum hujus rupis tentare. Atque ita ad Methodum  
meam venio, quam à reprehensione vindicare peculiaris operæ  
esset. Hic illud saltem præterire non possum, tanto ingenio tan-  
tâque profunditate in reddendo jure versatos esse JCtos veteres,  
ut in certissimas ac penè mathematicas demonstrationes eorum  
responsa redigendi laboris potius sit in digerendo, quàm in sup-  
plendo ingenii. Quam rem præter summum Virum Herman-  
num Conringium præfatione ad Hopperum de vera Jurispruden-  
tia olim Matthæus Gribaldus, & Ant. Faber in Papinianæ Juris-  
prudentiæ, nuperrimè Clmus Feldenus in Elementis Jurispru-  
dentiæ delineârunt ac tentaverunt. Verùm ita excusationis satis  
abundeque est. Nam quī tantorum Virorum nihil tribuunt ra-  
tionibus, multò minus verbis meis permovebuntur.

CUM DEO,  
Definitiones.

1. **P**ropositio a *Conditionalis* est, quæ hoc continet: Si illa Proposi-  
tio vera est, hæc vera est. 2. Illa *b* *Conditio* c dicitur, 3. hæc  
*Conditio* dicitur. 4. *Terminus* est earum alterutra. 5. *d* *Conditionalitas*  
est Connexio Termini ad Terminum. 6. *Connexio* est necessitas u-  
nius ad alterum, *f* *Connexa* sunt, quæ ad se invicem requiruntur.  
7. *Illatio* est necessitas illati ad inferens, seu ut dato inferente de-  
tur illatum. 8. *g* *Suspensio* est necessitas suspendentis ad suspen-  
sum

*a* de conditionibus agitur tot. tit. D. de Cond. Inst. (C.J.) de Cond. & Dem. (C.D.)  
de Statu Libero: (St. L.) C. de Inst. & Subst. de Cond. insert. Extra de Cond. Appos. *b*  
derivo à condendo, id est simul dando, adjiciendo. Uti redditio à reddendo. Seneca  
ad Helv. Cons. n. 5. bona conditione conditi sumus. Pand. Florent. habent: Conditio. *c*  
definitur Modus à Cujac. Par c. J. Causa, Vult. J. R. 1, 7. Privatio Puritatis post Ant. Fab.  
Franzk, L. Gall. 11, 4, 11. Qualitas Ludw. 5, 9. Jt. de H. J. Adjectio Duareno C. J. c. 1. bene  
arg. th. 16. & d. 77. 80. *d* hæc potius est qualitas, quàm ipsa Co. *e* & th. 198. *f*  
v. th. 96, 97. *g* suspendi dicitur Co, & not. d. 37. Crum, vel dispositio l. 13. c. 1. l. 44. man-  
test. 1, 8. l. 37. seqq. de R. c. 1. 79, pr. c. D. pendere l. 60, § 1. Cond. ind. v. th. 9.



lum, seu ut dato suspensio detur suspendens, sine suspendente non  
 detur suspensum. 9. *Convertibiles* sunt Termini, qui se mutuò in-  
 terunt & suspendunt. 10. *Conditio* h *Extrinsicca* est, cujus Condi-  
 tionalitas ex re ipsa k est. Ejus Species sunt: *Conditio* l *neccessaria*  
*Conditionato*, quæ per rei naturam id suspendit; m & *Conditio*, cui  
*Conditionatum necessarium est*, quæ infert. 11. *Dispositio* est propo-  
 sitio, cujus veritas à voluntate pendet ejus, qui est Arbitr Dispositi-  
 ti, qui si Dispositum aliquo dato verum esse vult, nec aliter de-  
 clarat suam voluntatem, Dispositio est Conditionalis. 12. *Arbi-*  
*ter* est Persona, qua efficaciter volente res est, & aliàs non est. 13.  
*Persona (Res) Conditionalis* (conditionata) est, cujus in conditione  
 mentio est (vel Conditionato:) 14. n *Deductum in Conditionem* (con-  
 ditionatum) est, cujus cætera sunt circumstantiæ. 15. o *Circumstan-*  
*tia deductum ingreditur*, qua demta illud vagum est, & quodnam sit,  
 intelligi non potest, estque vel subjectum vel objectum.

16. *Ratione Deducti in Conditionem* (conditionatum) con-  
 ditio (conditionatum) est p vel Affirmativa, vel q Negativa, hæc  
 merè *negativa*, quæ ante existentiam contrariæ aliter quàm interitu  
 subjecti non existit. 17. item r *indefinita*, quæ in primis loco & tēpo-  
 re, aut aliis etiam circumstantiis s *definita* nō est. 18. *Abstracta* est,  
 quæ vera est, etsi res in mūdo omninò nullæ essent, v.g si causa cau-  
 sæ est causa causati; si *Diagonalis* est lateri incommensurabilis.  
 19. *Actualis*, quæ t contra, uti: Si datur Materia prima, 20. & hæc  
 præsens, præterita vel futura est. 21. *Status* item vel *Motus*. 22.  
 præterea vel *Continuata*, in quam deductum sæpiùs existere debet,  
 ut ipsa existat 23. quæ *Continua* est, cum per datum tempus sem-  
 per u existit: 24. *Discreta*, cum per intervalla. Utraque vel per-

A 2

petua

b Dd. inverse hanc vocant intrinsecam scil. rei, eam quæ ex dispositione est, extrinsecã.  
*Negulant. pign. V. 3, 2, 11. i l. 6. §. 1. qu. d. l. c. k l. 73. pr. V. O. juris l. 21. c. D. si inest l. 1. pr. c.*  
*D. l. illa puram. th. 329. m hæc nullam th. 143. facit disp. omne enim per se necessariū*  
*est in disp. pro non adjecto. n v. g. dare, facere l. 60. pr. c. D. o v. g. Titio, Sejo, de-*  
*cem. §. d. 31. de falsa Cond & d. 17. p l. 22 c D. §. 4. J. de v. o. l. 7. §. o. q §. th. 24. §. 277.*  
*314. 364. r l. 91. c. D. s deductum non ingredientibus. t Causa in præteritum*  
*est, poena in futurum. l. 12. c. d. l. 2. de his que pæn, Demonstratio præteriti esse solet, Co*  
*futuri l. 34. §. 1. c. D. l. 6. §. 1. de L. 1. sed ut demonstratio in futurum esse potest l. 34. de aur.*  
*§ arg. leg. §. th. 192. not. ita Co in præteritum th. 194. l. 16. de inj. test. l. 122. §. 4. §. o. l. 51. §. 1.*  
*de man. test. arg. Pauli in l. 28. de Judic. Nam etiam propositiones de futuro certò veræ*  
*sunt aut falsæ, §. th. 241. obft. §. 6. J. de v. o. l. 3. §. 13. de bon. quæ lib. l. 37. l. 39. de R. C. l. 10.*  
*§. 1 c. J. l. 34. §. 1. l. 37. c. D. l. 69. H. J. l. 100. l. 120. V. O. R. Jcti negant Cnem in præteritum*  
*conferri posse, quia illa proximè accedit puræ, nam jus ex ea transmittitur, (quia ipsa*  
*non differt l. 100. V. O.) & retrotrahitur, th. 357. add. d. l. 16. u etsi non exactè l. 4. §. 5. de*  
*St. L.*



*petuavel temporalis*) 25. vel momentanea, ubi semel sufficit. 26. *Simplex* est cum est *Categorica* propositio. 27. *Conditionalis* x. 28. *Disjunctiva* (*Conjunctiva*) cum talis propositio est, partes autem (*Conjunctae* vel) *Disjunctae* dicuntur. 29. y *Conjunctiva* (*Disjunctiva* z) cum ordine est, cum una a *Conjunctarum* (*Disjunctarum*) ante vel post alteram existere vel deficere non debet. 30. *Conditio necessaria* dicitur vel *Conditionati*, d. 10. aut *dispositionis* th. 49. *ratione*, vel *in se* & sic iterum a *parterei*, sic omnis conditio ab initio est *necessaria* vel *impossibilis*; aut a *parte nostri*, ita b *necessaria* est, quam veram esse certum est, 31. *Impossibilis* c quam falsam, d & vel omnino, vel dato tempore, ea est *impossibilis e impraesentiarum*. 32. *Certum* est, quod scimus necessario tale esse, quale apparet. 33. *Certa Conditio* est, cujus eventus est (idque in *Actualibus*) certus. 34. *Eventus* est, cum 35. *Existit*, id est illo tempore, quo existere dicitur, praesens est. vel 36. *Deficit* f seu illo tempore quo solo praesens esse potest, praesens non est. 37. *Pendet* g. ante *Eventum*. 38. *Incertissima* est, cujus contraria aequè certa est. 39. *Ignoranda* h cujus veritas aut falsitas sciri non potest. 40. *Temporaria* i est, in qua mentio est temporis aut diei. 41. *Dies* k hoc loco est, quando, seu momentum temporis. 42. *Tempus* est quamdiu, seu spatii durativi tractus. 43. *Tempus certum* vel *incertum* est a diebus, quibus includitur. 44. *Dies* tanquam terminus temporis, est vel a quo, seu ex quo, vel ad quem, illic dicitur *Ex Die*, hoc *Ad Diem*. 45. *Dies certus* aut *incertus*, est l *an* vel *quando*, vel *an* & *quando*. 46. *Conditio* *Conditioni* aut tantum *Opposita* est, id est incompatibilis; 47. aut etiam m *Contraria*, ut inter eas tertia non detur. 49. *Conditio* quae conditionato eadem est ratione alicujus termini communis dicitur *Communicata*, ejus species est. 50. *Demonstrati-*

ua n

x v. g. *si nabis venerit, Titius haeres esto, Ea institutio si valida erit, Sejus haeres esto.* Ibi ipsa Co est Clis. y v. g. substitutio continuata seu duplex (l. 1. §. 1. de v. & p. s.) uti l. 3. §. 5. de lib. & posth. l. 31 §. 1. de v. & p. s. z v. g. *Titius haeres esto, si non erit, Sejus haeres esto.* v. demonstr. th. 337. a conjunctam vocat *Comitivam*. Corset. verb. geminat. n. 8. b v. th. 332. c th. 144. d ejus species est *falsa* strictè dicta l. 72. §. 7. c. D. cum aliqua circumstantia non est in rerum natura v. l. 104. §. 1. de l. l. l. 6. §. 1. l. 45. c. D. l. 41. §. 16. fideic. lib. l. 26. §. 1. St. L. e revera est *possibilis* l. 58. 59. 104. c. D. adde tamen th. 365. f v. l. 31. c. D. g l. 16. Cond. ind. l. 36. R. c. l. 34. pr. de usufr. l. 38. §. 24. c. D. l. 8. qu. d. l. c. l. 14. quib. ex c. in poss. etiam suspenditur. l. 72. §. 4. c. D. l. 34. famil. hercisc. add. d. 8. h l. 38. R. c. i l. 6. H. J. l. 6. c. l. 1. in d. add. v. th. 84. seqq. k hoc sensu, coeptus habetur pro impleto. l. Dn. Hahn. ad VVes. c. D n. 3. m l. 86. pr. H. J l. 8. de stip. prator. l. 121. de R. J. quam Scholastici contradictoriam vocant. Sumitur tamen, horum more l. 13. §. 3. de reb. d.



26. *u. n* cum idem Terminus est, isque vel subjectum, vel objectum  
28. (seu res vel persona) utrobique, ac ipse quidem incertus, Condi-  
tio verò demonstratio est. v.g. si quis filiam Titii ducet, ei 100. do  
lego. 51. *Res vel Persona incerta* est, quæ est individuum vagum. 52.  
Demonstratio est proprium loco subjecti positum. 53. *Conditio*  
*Identica*, o quæ prorsus eadem est cum Conditionato. 54. *p Circula-*  
*ris Dispositio*, cujus termini sunt sibi mutuò *Conditio & Conditio-*  
*natum*. 55. Si *Conditio* Conditionato opposita est, dicitur  
*Propositio q Perplexa*, enjus *Conditio & Conditionatum* non  
possunt simul existere vel non existere.

56. *Conditionalitas* vel est veritatis, & *diem habet*, id est, nihil aliud  
dicit, quàm juxta d. 1. Si *Conditio* vera est, verum est *Conditio-*  
*natum*; vel est *Existentiæ*, cum tempus *existentiæ* *Conditionati*  
*adjectum* est, definitum *existentiæ* *Conditionis*; seu hoc dicit:  
Si *Conditio* existet, tum etiam existet *Conditionatum*, ea dicitur  
*diem habere*. r 57. *Propositio continet diem*, cum *Conditionalitas*, seu ve-  
ritas ejus *diem habet*. 58. *Dies inest ipsi*. 59. *Adest Conditioni*, cum  
*diem ipsa continet*. 60. *Inest Conditioni*, cum *dies ejus ad est Condi-*  
*tionato*. 61. Id est: ejus *existentiæ* differt. *Propositio* (62.) est *Con-*  
*ditionalis* (*Pura*) s *figura*, id est sola *dispositione verborum*, vel *ex-*  
*pressè & figura t & sensu*, vel *tacitè u solo sensu*. 63. *Conditionatum*

A 3

Me-

n demonstrata, l. 41. §. 3. v. p. 5. v. th. 193. o v. g. si heres eris, heres esto. Ita  
Germani: warte biß du gehest / id est: gehe erst / wenn du schon gehest. Si *Socius bono-*  
*rum meorum manseris* l. 4. si *seruum hereditarium manumiseris*, l. 20. §. 1. c. 7. (quæ te hæ-  
redem esse supponunt) *heres esto*. *Datum si petieris*, petere autem antequam habeas  
non potes) l. 85. c. D. l. 48. §. 0. Tale mero jure nullum est, sed æquitate in l. 4. fit modus,  
l. 20. actus eventualis §. th. 210. l. 85. vox *petendi* benigniùs explicatur. p l. 16. c. 7. *Mu-*  
*tua substitutio* l. 4. §. 2. l. 41. §. 1. V. P. S. huc non pertinet, quia simul purè instituuntur  
*Substituti*. q l. 16. c. J. d. 53. 54. Si quis sibi substituatur: Si non habebis habeto. l. 10.  
§. 7. (v. tamen l. 48. §. 1.) V. P. S. l. 88. ad L. Falc. quam Dn. Rebhan. Hod. J. p. 290. in Syl-  
logismos redegit, add. nostr. Specimen *Quæst. Philos. ex jure*, q. 12. r v. l. 49. §. 2. de  
L. 1. l. 8. V. O. s *figura* (verba) & *vis* (sensus) l. 69. H. J. aut *potestas* l. 39. R. C. opponun-  
tur, r *Figura* Cnum absolvitur verbis formalibus, ea sunt *Copula* in U. V. ut pluri-  
mum: *esto*. Testator enim pro imperio loquitur & *signa*: Si, cum, quis &c. quorum  
plenam tractationem à Dn. Strauchio in *particulis juris* expectamus. Si proprie facit  
Cnem (6. l. 22. qu. d. l. c. l. 45 §. 1. l. 46. §. 2. 3. V. O.) ab eo *Cum* dicitur nihil differre d. l. 45.  
significat tamen potius Cnem cum die d. l. 22. add. l. 48. *Cond. ind* quemadm. duo ab-  
*lativi* l. 13. l. 109. c. D. *Tum*. l. 4. c. D. & *ibi Goth.* & *postea* l. 9. §. 14. l. 11. §. 18. H. I. *Qui* facit  
*Demonstr.* (E' per eam Cnem *Bal. ad l. 1. §. l. 10. c. 7.*) *Si quis Dem.* & *Cnem* l. 17.  
§. 1. de L. 1. l. 5. pr. l. 11. de reb. d. *Quisquis Cnem* l. 3. l. 6. de L. 1. *Quoad Cnem* re-  
*solut.* l. 3. §. 7. de *suff. Tut.* u *add. h. 237. seqq.* Grot. J. B. P. XI. 6. *Henr. IV. R. Gall.* apud  
*Forstner. ad Tac. lib. Omiss* pag. 10. (vel *Maria Scotica* apud *Joh de Lat. Hist. Un. p. 405.*)  
ajeat omnes promissiones Principum esse sub *tacita Cne: si utile est*





*Morale est, in quod deductum est jus aliquod, subjectum autem deducti persona. 64. Conditio Moralis est à Conditionato, 65. Logica, x quæ non est moralis, quam nos in posterum à nostra tractatione removemus, & cum hactenus etiam Logicis Conditionibus communia dixerimus, nunc ad morales pertractandas accingimur.*

66. *Propositio Conditionalis Moralis, cujus nempe Conditio & Conditionatum sunt Moralia, dicitur à nobis in posterum Dispositio in specie. 67. Disponens Persona est Conditionator, cujus ultimo actu voluntatis declarativo valida est dispositio. 68. Conditionarius est subjectum deducti in Conditionatum, seu persona, cuius, quod Conditionatoris fuit, Dispositione tribuitur. 69. Uterque Persona Principalis in hoc argumento, alius ab his Tertius dicitur. 70. Debiturus est, qui esset obligatus, si nunc existeret Conditio. y 71. Jus ipsum præcisè sumtum dicitur Jus Conditionatum. 72. Cum Conditione, Jus Conditionale. 73. Purificari est ex jure vel dispositione Conditionalis puram fieri. 74. Dispositio recipit Conditionem, cui inferi ea potest (75. Inferi est partem verborum fieri) 76. Cui Adjici Conditio potest Jus, Conditionabile est. 77. Adjici est eorundem cum alterius verbis verborum partem fieri. 78. Adesse quid dicitur juri sensu & vi seu effectu. 79. Inesse Dispositioni. 80. z Pro non adjecto est, quod adjectum est, sed quia juris effectu caret, non adjectum intelligitur. 81. Intelligitur quod non ita est, sed juris effectu perinde est, ac si ita esset. 82. Juris effectum habet, quod, quantum ad jus attinet, pro nihilo non habetur. 83. Jus, quod juris effectum non habet, a Nullum est. 84. Actus b Invalidus 85. quod Juris effectum habet, sed non & exercitii c inutile. 86. Jure impossibile est, d quod juris effectum, existentia sua habere non potest. 87. e Vitiatur, quicquid combinatione & appositione ad alterum perdit Juris effectum. 88. Utrum horum in culpa est, vitiat 89. f Perimitur jus quod fit nullum. 90. g Infirmatur Actus, qui invalidus. 91. h Eliditur quod inutile fit.*

*x secundum dici, Bachov. ad Tr. II, 27, b. d. b. g. qui sub Cne minatus est, is verus est diffidator. Moller ad P. IV. Const. El. c. 15. y l. 81. §. 1. c. D. z tot. tit. D. de his que pro non script. a v. Vant. tr. de Nullit. b v. Dd. de Invaliditate Br. ad l. si expressum. D. de appellat. c in effectu æquipollet invalido l. 12. de R. J. d add d. III. ita quod facto imposs. Virgilius vocat nefas l. 7. Aen quem neq. fas igni cuiquam nec sternere ferro. e si Co vitiatur, dispositio est pura; si vitiat nulla, dicitur tamen: reprobari quod sub Cne relictum est, cum reprobetur Co, l. 8. c. J. f l. 43. §. 3. O. A. g etiam initio invalidus infirmari dicitur l. 15. c. I. h l. 27. §. 2. de pact.*



fit. 92. *Convalescit* i quod nullum vel invalidum esse desinit. 93. *Evanescit*, quod initio subsistens postea est pro non adjecto. 94. Actus *k natura conditionalis* est, qui esse non potest sine aliqua vel hac Conditione. 95. ea dicitur *Actus Necessaria*. 96. *Substituere* est dare secundo, si primus non acquireret. 97. *Fidejussio* est promissio solvendi debitum principalis, si ille non solveret. 98. *Votum* est promissio Deo facta sub Conditione.

99. *Persona necessaria* est, qua non existente Condicio existere non potest. 100. *In quem collata* est Condicio aut *ex quo suspensa* est. 101. id est qui potest impedire l. 9. *qui pot. in pign.* vel 102. *in cuius factum collata* est, id est, cuius factum existit, vel 103. *potestatem*, id est qui potest, seu cuius voluntate efficaci existit. 104. *In eius vero potestate* est, qui & efficere d. 103 & impedire d. 101. potest. 105. *Impletur*, quæ in aliquem collata est & existit. 106. Factum si Condicio in id collata est, est *m* vel naturale seu *facti*, vel morale, seu *juris*. (107. *Condicio autem Juris* est, quæ Conditionatum Morale esse potest. per d. 63.) 108. *n* Est item vel *o Dandi*, quum directè aliquid honorati bonis accedit existentiæ Conditionis, vel Faciendi. 109. *Offerre* est Exhibere *p* sub specie dandi. 110. *Mixta* q hoc loco Condicio est, quæ simul dandi & faciendi est. 111. *Condicio jure impossibilis* r est, quæ & si existat, jure non existere fingitur, & sic nunquam ita existere potest, ut existisse censeatur. vid. d. 86. 112. *Prohibita* s est, quæ Lege, id est expresso jure est impossibilis. 113. *Illicita*, quæ eo ipso jure, quod ratio dicitur. 114. *u in fraudem Legum adjecta*, quæ cum effectum habet, quem habet aliquod ob eum ipsum effectum prohibitum, & proinde jure eadem cum illo ipso intelligitur esse per d. 81. ac si procederet, Lex finem suum non assequeretur. 114. *Turpis* x est, quæ lædit implentis existimationem.

115. *Con-*

*l. 20. §. 1. c. 7. l. 29. R. th. 153. not. k §. th. 49. 214. seqq. l generaliter arg. l. 33. de Tutel. m aliter l. 11. c. D. ubi Co extrinseca dicitur juris, ex dispositione veniens facti n l. 60. c. D. etiam qui dat facit t 218. § 5. o Dedisse fingitur (l. 45. c. D.) qui obrulit §. th. 45. cui acceptum fertur l. 81. §. 5. L. 1. qui compentat l. 20. §. 2. St L. statu liber qui pecuniam consignatam deponit l. 4. §. 4. St. L. qui repudiavit, frustra pœnitet l. 7. C. de Cond. inf. Dare significat ipsum actum dandi l. 44. pr. c. D. etiam illi qui rem suam facere non potest l. 55. c. D. p id est apprehendendi copiam facere l. 3. §. 8. tab. exh. q v. g. rationes reddendi l. 6 § 7. St L. Obst. l. 32. c. D. R. rationes tamen exhibere est praliminare. r l. 15. c. J. l. 79. §. 1. de j. dot. Principis enim consensum impetrare Dd. habent pro impossibili Zaf. ad l. cum serv. §. fin. de L. 1. n. 6. s l. 14. c. 1. §. contra Leges §. g. l. 88. pr. ad L. F. r d. l. 14. §. legis vicem. l. 15. §. pietatem l. 9. c. l. 20. c. D. u l. 7. c. l. 37. c. D. l. 97. §. 2. V. O. l. 2. c. de inst. & subst. §. th. 335. not. x d. l. 15. Non semper illicita per l. 144. de R. l. ita Cojurej, turpis l. 26. c. D. impletur, licitè l. 62. acq, bar.*



115. *Contra bonos mores* y est, quæ cum nihil in se habeat illicitum, censetur tamen moribus civitatis aut ex usu reipublicæ inhonesta. 116. *Captatoria*, quæ eo sine adjecta præsumitur, ut quis alicui aliquid ultima Voluntate relinquat. 117. *Conditio in potestatem* z collocata a vel intrinseca, (& aut voluntatem dicit, estq; hæc ipsa: b *Si voluero*, vel si voluerit; aut si Titius voluerit. 117. aut intellectum, si putaverit, si c arbitratus fuerit. 118. *Arbitrium* vel *Conditionato* adjectum est, & est deductum in *Conditionem*, uti d. 117. vey est adjectum *Conditioni* velut quædam modificans circumstantia; v. g. Si Titii arbitrato nupserit. 119. *Boni Viri arbitrium* est, quod quivis vir bonus re perspecta æquum esse judicaret) vel extrinseca, si fecerit. d 120. *Casualis* *Conditio* est, quæ in solius DEI potestatem collata est. 122. *Exposita* quæ in hominis pote-

y latè sumta includit cæteras d. l. 15. strictius pro illicita etiam & turpi d. l. 9. arg. Paul. Sent. III, 4, 15. strictissime l. 14. C. J. pro ea quæ est *contra mores hominum* c. 1. extr. de Cond. Appos. ejus Reip. Cornel. Nep. pref. vit. z suum hæredem facit voluntar. l. 69. H. l. l. 12. C. l. a Dn. Ziegl. n. 40. de Cond. Extrinseca (si feceris) intrinsecam (si volueris) continet, aliàs differunt ut tacita & expressa l. 68. H. l. sed permiscet l. 46. §. 2. fideic. lib. l. 1. pr. L. 2. l. 52. C. D. b per modum Cui adijcitur, aut voluntas Ctoris (tum dispositio nulla est d. 67 (ut Testatoris, ejus à quo relinquit Testator, v. g. hæredis l. 46. pr. fid. lib. l. 43. §. pen. L. 1. l. 24. L. 2. l. 27. §. 1. reb. d. l. 11. §. 7. L. 3. nisi noluerit, fideic. valet, l. 11 §. 5. d. 3. Si voluerit hæres, Libertas potest dari d. l. 46. Rei promittendi, l. 7. contr. Emt. l. 13. C. eqd. l. 3. O & A. l. 17. l. 46. §. 2. l. 108. V. O. Obst. §. pen. l. de Emt. Vend. R. Co ibi est non simpliciter: si volueris, sed: si rem volueris) aut Cui, (ut: si volueris, Hæres esto, pura est l. 69. l. 12. C. J. similiter: liber esto, d. l. 46. §. 1. sed si volueris tibi lego, disp. est Clis. l. 65. §. 1. de L. 1. l. 69 C. D. si volueris, spondeo; idem juris fore ait Cujac. ad l. 17. V. O.) aut Tertii, ut: si Tertius voluerit, Institutio est nulla l. 68. l. 32. H. l. Item Legatum. l. 52. C. D. neq; enim ibi Mævius designat hæredem, Jcti enim in casibus formandis, si cui nomen imponunt tertium intelligunt, nisi aliud expressè significarint. Non obst. l. 1. de L. 1. (ib. alterius id est Cui) neq; l. 43. §. 2. L. 1. (aliena id est Cui) neq; l. 11. l. 11. §. 5. de L. 3. (quemadmodum aliud est Titius hæres esto si voluero quod non valet, & nisi noluerit quod valet) neq; l. 46. §. 2. fid. lib. (procedit enim favore libertatis Utri voluerit Tutor esto non valet; quid enim si nolit constituere l. 23. pr. de Test. Tut. at: utri hæres voluerit dato, cogitur constituere l. 16. de L. 2. Tutor si voluerit Testamento dari potest l. 23. §. 1. de Test. Tut.) neque enim Ctor proprie est, neque Cuius, nullum enim jus ipse amittit aut pupilli acquirunt. Si cum morietur voluerit pro U. Vte est voluntas viventis non retractata. l. 77. §. 10. de L. 2. Cum voluerit v. g. hæres aut debitor, temporis arbitrium tantum datum est, & dies cedit morte l. 41. §. 13. l. 11. §. 6. L. 3. add. l. 17. l. 46. §. 4. fid. lib. c. v. th. 80.

d Divisio in casual. Potest. Mixtam extat l. un. §. 7. C. de cad. toll. sed cum ea conferri possit l. 60. pr. C. D. vel in hominem, (quam Expositam voco) vel in casum. Et illa vel in tertium aut debitorum, vel accipientem l. 23. §. 2. H. J. Potestativa



potestatem collata est. 122. quī si est ipsemet Conditionarius po-  
 testativa dicitur. 123. *Difficilis* est quæ cum labore impletur. 124. *O-*  
*perosa* quæ sine magna mutatione præsentis status existere non  
 potest. 125. *Dividua* e est quæ habet partes homogenas, seu quam  
 si plures impleant, videntur singuli sed pro parte implevisse. v. g.  
 si 10. nummos dederint Titius & Sempronius Cajo; & Titius &  
 Sempronius singuli nummos dabunt, sed quinque; uterque etiam  
 10. dabit sed dimidios nummos. Sed si monumentum fecerint,  
 vel domum, singuli non dicentur fecisse eam, quia domus pars  
 domus non est 126. *pro parte impleri* est parte Conditionis existente  
 partem Conditionati existere. 127. *Relevat* f pars Conditionis,  
 quæ si separatim existit, superveniente residuo postea repetenda  
 non est. 128. *Indivisibilem* voco, quæ partes vel nullas habet, vel ita  
 comparatas ipsa sui natura, ut si in partibus quidem prælimina-  
 ribus desistatur, nihil actum iis sit, & partes eæ non relevant, ve-  
 rum si ad ipsas essentielles perventum sit frustra desistatur, & actus  
 seipso deinde perficiatur, v. g. si hominem occisurus inter eun-  
 dum animum mutet, nihil actum est; at cum semel lethale vulnus  
 inflixit, frustra pœnitebit. 129. *g Mixta Casualis h* est, quæ an ex  
 posita futura sit in casu est. 130. *Mixta Potestativa i* quæ an casualis  
 futura sit ex hominis potestate suspensum est. 131. *Exempta* est, quæ  
 ex exposita Casualis, vel ex possibili impossibilis impræsentia-  
 rum facta est. *k* 132. *Copia ejus facta*, quæ contra. 133. *Conditio Vo-*  
*luntatis* est quæ requirit obedientiam. 134. *Obedientia* est volun-  
 tas efficax, seu summus conatus faciendi quod jussum est, quia  
 B jussum

Cal. *promiscua* l. 11. §. 1. c. D. propriè sit quæ in accipientem *d l. un. §. 7. l. 78. §. 1. C. D.*  
 Igitur in factum *alterius* collata interdum refertur ad *potestativam*, ut cum. Dd. di-  
 cunt potestativam non retrorahi *arg. l. 11. qui pot. in pign.* quæ tamen est collata in de-  
 biturum; interdum ad casualem *arg. d. l. un. §. 7. §. 1. 6. c. de necess. serv.* ne eam speciem  
 planè omissam putemus. Quæ autem sit *potestativa* est facti. l. 4. §. 1. H. f. pro cir-  
 cumstantiis l. 28 c. f. l. 10. C. de inst. & subst. & à voluntate Testatoris l. 84. C. D. si se fi-  
 lium meum probaverit, non est, potest l. 83. C. D. e l. 80. §. 1. ad L. F. l. 112. C. D. l. 11. §.  
 23. L. 3. qui talium partium ratio invicem & ad totum iniri potest, f seu *ad aliquid*  
*proficit* l. 74. §. 1. de acq. her. & *residua non est impedimento* l. 23. §. 3. fid. lib. g alia ad  
 potest. spectat, alia ad Cal. *Angel. à Gambell. tr. de Testam. gl. 58. n. 12.* h l. 4. i l. 1. C.  
 de inst. & subst. k potest tamen *restitui* l. 104. C. D.



jussum est, seu *Parendi* l. 135. *Jussum* m est conditio voluntatis, n  
quæ obedientia contenta est. 136. *Summus* Conatus in jure nostro  
sic effertur, o si per aliquem non stet quò minus fiat. Stat autem non  
solum per eum, qui impedit, sed & qui non facit quantum se pos-  
se intelligit. p. 136. *Persona Activa* (objectiva) est, quæ activè (passivè)  
concurrit. 137. *Honoratus* q (Gravatus) est Tertius cujus vi dispo-  
sitionis interest Conditionem (non) existere. 138. r *Ambulatoria*  
(*Persona coharer*) s est quæ existere (non) potest mutatis personis  
Conditionalibus. 139. *Vana* quam nullius interest extra Disposi-  
tionem existere vel non, uti: si riseris 140. *Onerosa*, quam extra  
Dispositionem Conditionarius mallet non existere. 141. *Compel-*  
*latus* est quem alloquitur Conditionator in Conditione, seu ad  
quem deductam in conditionem in secunda persona, accom-  
modatum est.

142. *Transmitti* est transire ad hæredes. 143. *In pendentis* t est  
jus quod non alterius purè est ad Conditionem, alterius sub Con-  
ditione, sed interim utriusque sub conditione alterius Condi-  
tioni contraria, eventu tamen alterutrius. 144. *Actus Eventualis*  
u est, ubi ipsum factum quidem existit purè & plenè, sed effectus  
juris, ut nempe pro tali habeatur suspensus est Conditione. 143.  
*Conditionator primus* est cujus actu voluntatis declarativo incipit  
Dispositio, 144. *Secundus* cujus tali actu perficitur, id est tribuit jus  
quæsitum. 145. *Statu liber* x est servus y testamento z immediatè  
manumissus a sub conditione b 146. *Relictum* est quod ultima vo-

lun-  
l. 123. §. 2. H. J. m l. 62. §. 1. acq. her. in genere neutro. n add. l. 44. pr. §. 1. C. D.  
o v. th. 51. p l. 13. ann. leg. l. 34. §. 1. St. L. l. 50. 83. V. O. q alias dicitur ipse Cuius l.  
un. §. 7 c. de cad. toll. r l. 34. pr. St. L. ut l. 6. §. 7. St. L. l. 94. C. D. f l. 24. adim. leg. ut l. 23.  
l. ult. C. J. l. 5. l. 6. H. J. l. un. §. 9. v. quid enim cad. toll. t Duo sunt Domini disjunctim,  
unus incertus; ita res litigiosa, res legata pendente Cne, l. 5 pr ut. leg. c. cav Interdum  
interim sequestratur, ut illa; interdum est penes alterum, hæredem, ut hæc. v l. 38. §. 7.  
[St. L. l. 84. acq. her. l. 19. manum. test. & th. 180. not. u ita Litis contestatio P. I.  
const. El. 13. Appellatio, &c. x Libertas data Testamento opponitur & differt à Lega-  
to. l. 12. §. 2. famil. herc. l. 47. 51. 81. 86. 87. C. D. l. 8. cn. c. don. l. 19. l. 20. §. 3 & 1. St. L.  
y Hæredis purè l. 9. l. 10. St. L. l. 11. L. 2. (unde statu libera servum parit l. 15. St. L.) sed ad  
Cnem seu non plenè arg. l. 38. §. 3. Sol. & Lib. l. 63. Cond. ind. (statu liberum solvens  
si servum promisit non liberatur. non obst. d. l. 9) l. 9. §. f. de Pæn. l. 14. de quæstion. (pu-  
nitur ut liber. obst. l. 29. St. L.) z excluditur libertas fideicommissaria arg. l. 2. pr. v.  
orcini. St. L. a excluditur servus institutus cum libertate l. 2. §. 3. St. L. nam à se  
ipso accipit libertatem, (non à testatore, transit enim in personam testatoris) l. 6. §. 4.  
H. I. Unde: Stichus liber, & postea, vel si liber erit hæres esto; Postea, detrahatur l. 9.  
§. 14. l. 51. H. I. b l. 1. pr. St. L.



lun'ate datur. 147. *Conditio remissa* est, quæ natura & jure possibili habetur pro non adjecta. 148. *Derisoria* d est, qua Conditionatio illudatur. 149. *Impeditur Conditionatum*, cum deficit Conditio. 150. *Jus Questum* est quod factio alterius auferri non potest. e 151. *Revocabile*, quod convalescit, si ab autore non revocetur. 152. *Purum* Jus est quod caret Conditione. 152. *non plenum*, quod aliquo extrinsecus existente perimitur. 153. *Id* si ab eo, qui tale jus dedit, cautum est, dicitur *Conditio f Resolutiva* & jus ipsum 154. *ad g conditionem* datum. 155. *h Modus* est contrarium Conditionis resolutivæ, v. g. do tibi donec fias Consul, hic si Consul eris Conditio resolutiva est, ne Consul fias Modus. 156. *Causa finalis* dandi, hoc loco est Modus collatus in potestatem accipientis. 157. *Causa impulsiva* i est, quam si nesciremus, quod agimus non ageremus. 158. *Conditio suspensiva* est, de qua nobis in primis sermo, ante cujus existentiam Conditionatum non subsistit. 159. *Retrotrahitur* Conditionatum, quod purum (nullum) esse intelligitur statim cum verum fuit, antequam actu extitit. 160. *Protrahitur* quod intelligitur tum demum purum, cum extitit.

B 2

Theo.

e quam prætores improbant. l. 14. C. J. ita *jurejurandi* Co est turpis l. 20. C. D. impletur tamen licite l. 27. C. J. d l. 14. C. J. ut si 100. dederis 100. do lego l. 65. ad L. F. ita si aliquid impossibile factum erit: ut si quis borea Athenis Lemnum veniret *Corn. Nep. Mil. c. 1* si mulus apud Medos regnabit *Herod l. 1*. Ita oraculum erat, Florentiam posse capi, si boves circa muros volitarent, quod factum est, cum obsessores in vexillis insignibus bovem expressissent. Ita Sylvester Papa se Diabolo obstrinxit, si missam Hierosolymis celebraret. Oraculum erat Constantinopolin non nisi per Angelum capi posse, quod factum est cum hostes per turrim Angeli dictam irrumperent. Cum Philippus (R. Galliarum) Valefius Caslerum obsideret, oppidani gallos è lana factos in muris proposuerunt, tum capturum dictitantes, cum canerent. *Frossard. l. 1. e l. 11.* de R. J. f sub Cne resolvi l. 2. pr. in d. add. finiri l. 3. quib. m. pign. g l. 4. de serbit. aliter accipitur l. 8. V. O. h v. tot. tit. de Cond. caus. dat. C. de his que sub mod. de Don. que sub mod. si mancip ita ven. aliter sumitur: l. 44. §. 3. O. & A. Datur modus talis: *quamdiu hoc erit, illud esto, & cum non erit, non esto, & cum iterum erit, iterum esto.* Ita simul modus est & Co l. 45. § 1. de Excus. i l. 12. C. D. (1) v. Joh. Bapt. Costa tr. de Retrotr. l. 16. sol. & Lib. l. 8. pr. peric. r. v.



## Theoremata cum Demonstrationibus.

I.

**C**onditio infert Conditionatum. Nam ea posita id ponitur d. 1. id autem est inferre, d. 7.

2. *Conditionatum suspendit Conditionem.* Nam ea posita id ponitur th. 1. Ergò remoto hoc removeretur illa, conversione per contrapositionem, id est suspenditur d. 8.

3. *Co Cuius est Co Cui.* Si posito A ponitur B, & posito B. ponitur C; etiam posito A ponitur C per fig. 1. Syllog.

4. *m Con nihil ponit. n* Nam propositio Conditionalis abstracta est, nihil aliud dicens, quam terminorum Connexionem, per d. 1. abstracta autem propositio vera esse potest, etsi termini non existant, per d. 18.

5. *o Propositio Cuius moralis est dispositio* per. d. 11. junct. d. 63.

6. *Ctum Morale est Affirmativum.* Nam subiectum est personae praedicatum jus, d. 63 quod de ea prius negabatur, nunc affirmatur d. 65.

7. *In potestate Conditionatoris p,* nam deductum in Ctum est jus d. 63. quod est in potestate habentis Conditionatoris d. 68.

8. *Potest in potestatem Conditionarii transferri q* d. 68.

9. *r Co Moralis suspendit Ctum.* Nam Ctum est in potestate Ctoris th. 7. verum igitur non est nisi eo volente d. 12. Is autem vult verum esse si vera Co sit d. 1. & th. 1. Ergò si Co vera non sit verum non est, seu Co suspendit d. 8.

10. *Ctum*

*m* Quod positum est in Cne; id vel ejus contrarium non statim positum est in dispositione. *arg. l. 19. H. J. l. 8. si quis om. caus. l. 2. §. 5. V. P. S.* (si quod nunquam datum est adimitur sub Cne non statim datur sub contraria l. 59. §. 2. *Man. Test.* Si Pamphilum non dederis tantum dare spondes? peti is non potest l. 115. §. 2. *V. O. circularis dispositio non esset perplexa, si utrique purè datum subintelligi posset*) nisi in *Test. mil. l. 7. C. de Test. mil. n* & demonstratio l. 82. §. 8. *C. D. o S. Voluntas regit Cnes. l. 19. pr. §. 1. l. 84. l. 91. l. 101. pr. l. 107. l. 27. l. 36. l. 55. C. D. l. 1. §. 6. Depos. l. 2. de his qua pæn. l. 16. l. de fideic. §. tamen l. 9. §. 5. H. J. p* in rerū natura l. 135. *R. J. in commerc. l. 34. §. 2. contr. Emt. l. 83. §. 5. V. O. v. tn. th. 153. q* etsi tum, cum testamentum conditur non sit capax, l. 4. *Reg. Caton. l. 41. §. 2. L. 1. l. 59. l. 104. C. D. r* l. 22. *mand. l. 43. edil. ed. l. 8. 37. 39. R. C. l. 4. §. 13. 21. 25. qu. d. l. c. l. 16. 18. 56. Cond. ind. l. 8. §. 6. C. J. l. 14. L. 3. l. 26. C. D. l. 19. constit. pec. l. 13. pignor. l. 16. §. 5. fidei. l. 61. §. 1. 2. fid. lib. l. 23. recept. arb. l. 40. §. 2. l. 41. C. D. §. 4. J. V. O. l. 116. V. O. l. 169. R. J. 213. V. S. l. 7. §. 14. quib. exc. in poss. l. 3. C. de Cond. inf. l. 1. C. de inst. & subst. l. un. §. 2. C. cad. toll. l. 42. O. A. seu valet in Cnibus arg. à contr. sensu. *Everb. Loc. Leg. ib. n. 36. & cessante causa cessat effectus Tiraq. tr. de hoc pec. Unde quod Cliter debetur nec novat nisi eventualiter l. 14. pr. de Novat.**



10. *Cum M. infert Cnem.* Nam si A non est, B non est th. 9. E. si B est, A est; convers. per contraposit.

11. *Co M. est incerta* s. Nam si certum est veram esse, dispositio pura est th. 332. t. d. 30. si falsam, nulla th. 144. t. d. 31.

12. *Potest tamen certificari moraliter,* t. seu probari u, alioquin etsi existeret Co frustrapeteretur Cnum, u & esset Dispositio inutilis d. 85.

13. x *Co M. & Cnum differunt.* Esse enim Cnum non potest nisi sit Co per th. 9. id est nisi ipsum sit, si supponamus ipsum sui ipsius Cnem esse, ipsum autem antequam sit esse non potest.

14. *Sunt simul tempore;* alterum enim alterum ponit & suspendit th. 12. 9. 10.

15. *Naturā verò ut prius & posterius,* seu ut *Causa & Effectus.* Prius enim Co existere incipit, etsi simul perficiantur.

16. *Co est accessorium, Cnum principale.* Nam si Cnum pro non scripto est per th. 143. dispositio nulla est; si Co, dispositio pura est th. 330.

17. *Dispositio Multiplicata est simplex inter extremos terminos.* Nam multiplicata est v. g. Si A est B. est. Si B est C est. d. 29. Ergo. th. 3.

18. *Co Clis est juris.* d. 107.

19. *& Co. dandi per d. 108.* quod enim in bonis nostris est ad id jus habemus.

